

ZETVS, et Amphion, Lyci Thebanorum Regis ex Antiopa uxore nati, matrem ulciſci uolentes; Dircem cuius cauſa ipſorum genitrix à Rege in uincula coiecta fuerat; ad Tauri cornua crinibus alligatam in fontem proiecerunt, ut Apollodorus de Deorum origine ſcriptum reliquit, et Propertius meminit his uerbis, puerique trahendam uinxerunt Dircem ſub trucis ora: bouis; quam hiſtoriam ueluti hic delineatam aſpicis, Apollonius, et Tauriscus ſculpſerunt; et Romæ a Rhodo aduectam, inter monumenta Aſinij Pollionis ſeruatam aſſerit, Plinius quod opus in Thermis Antonianis repertus multis in locis fractum, a Paulo. III. Pont; Max. in ſuo Palatio tranſlatum; tum iuſſu Illustriſſ: ac Reuerendiſſ: Card: Farneſij eius nepoti à Io. Baptiſta Blanco Mediolanenſi inſtauratum. Et profecto præ alijs omnibus ſculpturis eſt admirabilis, tum ob lapidis magnitudinem: quatuordecim enim palmorum longitudinis totidemque latitudinis continet; altitudinis uero decem et octo, cum ob admirabile artificium, et plurium in uno lapide figurarum tantæ magnitudinis, ut ſint in proportione quasi enclia ad natura- les.
Illuſtriſſ: et Reuerendiſſ: Card: Ampliſſ: Alexandro Farneſio Portuenſi Ep: ſanctæque R.E. Vicecancell.º Julius Robertus de Burgo S.ᵗⁱ Sepulchri D.D. MDLXXIX.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=d4-geom-2f-00062